

continencia qualiter ipse Johannes Fradelo de burgo fuit confessus pluribus personis quomodo uerum erat quod dictam seruentariam non emerat nec pertinebat ad eum nec erat sua licet sibi scripta fuisset in catastico signorie. Et dicta Thomasina cum creuit, mouit questionem dicto Johanni Fradelo de burgo coram dominio Candide, que dominacio licet jura ipsius Thomasine forent efficacia non potuit se impedire propter scripturam catastici. Et propterea in hoc nostre subuentionis remedium imploraret. Captum fuit secundum consilium ser Ade Barbaro, Marini Uenerio et Marci Bragadino olim rectorum Crete, quod mittatur peticio duche et consiliarijs Crete quibus committatur quod si per ea que ibi melius uidere et sentire poterunt uideretur eis de audiendo jura ambarum partium et terminando superinde quod iustum fuerit habeant auctoritatem faciendi hoc non obstante puncto sue commissionis uel aliqua scriptura catastici. Set si non uideretur eis audire dictas partes uel facere aliquam nouitatem debeant rescribere cum remissione petitionis suam opinionem et qualiter negocium se habuerit in premissis.

7

Ἀνατίθεται εἰς τὸν δοῦκα καὶ τοὺς συμβούλους Κρήτης, ὅπως λύσωσι τὴν διαφορὰν τῆς οἰκογενείας τῶν τιμαριούχων Τονίστου, ἥτοι τὴν αὐθαίρετον κατοχὴν τοῦ μεριδίου τοῦ Μπονάνου Τονίστου κατοίκου Χανίων, ὑπὸ τοῦ συγγενοῦς του Ἀνδρέου Τονίστου κατοίκου Χάνδακος. 1340, Ἰουνίου 13.

Fr 19^{to} N^o 187. Millesimo trecentesimo XL, die XIII Junij.

Capta. Quia ut nobis exponitur pro parte Bonani Tonisto fidelis nostri de Canea auus eius Adam Tonisto habitator Candide habebat unam seruentariam in le Archane. Et mortuo eo remanserunt sibi duo filij, quorum unus uocabatur Nicolaus et alter Philippus qui fuit pater ipsius exponentis qui pater eius iuit habitatum in Caneam et ser Nicolaus predictus frater ipsius ser Philippi remanserat in Candida, tenens et possidens pheudum prelibatum ipsis fratribus nondum separatis ab inuiam, qui Nicolaus obiit et dimisit unum suum filium uocatum Andreas et mortuo etiam predicto Andrea remansit Bonanus qui exponit predictam. Qui quidem Bonanus habitans Canee requisiiuit dictum eius consanguineum habitantem Candide quod de dicto pheudo quod tenet et fuerat aui eorum deberet dare et designare prefato Bonano partem sibi contingentem qui non uult sibi in aliquo respondere, eo quod tempore domini Johannis Sanuto duche Crete, ipse eius consanguineus fecit stridam et sibi scribi dictum pheudum et hoc ipse fecit maliciose et tacite existente dicto Bonano in Canea semper et nesciente de dicta strida facta in Candida, unde per subuentionem suorum jurium supplicabat idem Bonanus quod dignaremur committere duche et consiliarijs Crete quod super ipso facto audirent jura ipsius Bonani et partis aduerse et ter-

- minare et diffinire prout sibi iustius appareret non obstante scriptura catastici
 20 inde facta. Capta fuit pars secundum consilium ser Marini Uenerio et Dardi Del-
 phino olim consiliariorum Crete quod committatur duche et consiliarijs Crete
 quod si repererint quod dictus Bonanus staret in Canea tempore stride facte in
 Candida de dicto facto antequam fuisset scriptura in catastico, et quod sciuisset
 de dicta strida ante catasticacionem et potuisset comparere ad tempus ante di-
 25 ctam catasticacionem ad utendum suis juribus quod in eo casu dicti ducha et
 consiliarij non debeant se impedire in dicta questione. Set si non constabit eis
 quod ipse Bonanus sciuisset de dicta strida habitans Canee, audiant eum et jura
 ipsius et partis aduerse et faciant super ipso facto non obstante scriptura catastici
 29 inde facta quod sibi uidebitur esse iustum.

8

Ὁ ρέκτωρ Χανίων Ἰωάννης Μοτσενῖγος ἔγραψεν ὅτι εὐρίσκονται αὐτόθι πολλοὶ δουλοπάροικοι τῆς κοινότητος, οἱ ὅποιοι ἀπηλευθερώθησαν διὰ πλαστογραφημένων ἐγγράφων. Οὗτοι διατείνονται, ὅτι ἦσαν δουλοπάροικοι τιμαριούχων ἀπελευθερωθέντες ὑπὸ τῶν κυρίων των, διὰ τοῦτο ὁ ρέκτωρ δὲν εἶναι δυνατόν νὰ ἐξετάσῃ τὰ δίκαια τῆς κοινότητος, διότι δὲν δικαιοῦται νὰ ἀνακαλέσῃ τὰς ἀποφάσεις τῶν προκατόχων του. Εἰς ἀπάντησιν ἐξουσιοδοτεῖται ὁ ρέκτωρ καθὼς καὶ οἱ διάδοχοι αὐτοῦ, ὅπως ἔχωσι τὸ δικαίωμα νὰ ἐξετάζωσι τὰ δίκαια τῆς κοινότητος καὶ νὰ ἀνακαλῶσιν ἀποφάσεις κατὰ τὴν κρίσιν των. Τὰ αὐτὰ ἀνακοινοῦνται καὶ εἰς πάντας τοὺς ρέκτορας Κρήτης. 1340, Ἰουλίου 4.

F^o 25^r N^o 236. Millesimo trecentesimo XL, die IIII mensis Julij.

- Capta. Cum ser Johannes Mozenigo rector Canee scripserit dominio quod
 reperit multos uillanos communis esse francatos per tempora cum cartis ficticijs
 et fraudulentis, dicentibus aliquibus eos esse suos uillanos, et quod francabant
 5 eos et rectores ita credentes prebebant suum consensum et quod non potest
 examinare jura communis, quia non potest reuocare quod actum est per suos
 predecessores. Uadit pars quod committatur dicto rectori et successoribus quod
 in predictis casibus et omni tempore quando sibi uidebitur inquirant et exami-
 nent jura communis et habendo libertatem diffiniendi, reuocandi et terminandi
 10 sicut eis uidebitur iustum non obstante puncto aliquo suarum commissionum. Et
 similiter committatur duche et consiliarijs Crete et alijs rectoribus insule quod
 12 in suis regiminibus in casibus similibus debeant obseruare. Et si consilium etc.

9

F^o 26^{to} N^o 247. Ἐκλογὴ τριῶν σοφῶν, οἵτινες μετὰ τῶν ρεκτόρων Κρήτης ἀπὸ πενταετίας ἐπανελθόντων θὰ ἐξετάσωσι τὴν ἐκ Κρήτης ἀλληλογραφίαν περὶ τῶν ἐξοπλιζομένων κατέργων αὐτόθι πρὸς ἐνίσχυσιν τῆς Ἑνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων. 1340, Ἰουλίου 6.

Ἐξελέγησαν: Νικόλαος Γραδόνικος, Μάρκος Κορνάρος, Παῦλος Μπελένιος.

